

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 39. 2) Contra quem protessetur?

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

§. 39.

2) *Contra quem protestetur?*

Instituitur protestatio, uti dicunt, contra eum, qui actum istum, de quo suscipiendo adeundus est, non suscipit. Ex ipso tamen cambii instrumento pateat, actionem talem ab eodem exigendam esse, atque id quidem hoc ipso tempore. Minime ergo protestandum contra istum, cujus nomen in cambio non occurrit, et ad quem cambium non est directum; nam tunc nullo modo ex cambio apparet, obligationem ejus, a quo petatur, cambialem ab omissione quadam istius suspensam esse. Quae enim extra cambium occurrunt, ad processum cambialem non pertinent *).

§. 40.

Quaeritur porro de cambiis, quae non in trassati domicilio, sed aliunde a quodam trassati mandatario solvenda sunt. Acceptavit scilicet trassatus et mandatum de solutione alio loco praestanda ad alterum quendam direxit. Jam si mandatarius iste non solvat, protestatione sane opus est; sed utrum sola ex facto hujus mandatarii concepta sufficiat, an acceptans iste nunc iterum de solutione adeundus, eaque deficiente nova protestatione opus sit, dubitatur. Mihi quidem probatur *SIEVEKINGII* **) sententia, priori sola rem confectam esse. Argumento enim hoc unico omnia exposita esse videntur, esse hanc conditionem cambii, ne in trassati domicilio solvatur, sed alibi. Inscriptis trassatus acceptationem et assignatio-

*) cf. de hoc aliisque casu simili *SIEVEKINGII Materialien* §. 174. 175.

**) *Materialien*. §. 136, sqq.